



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

pendi solitos Civitatem se soluturam constituisse alibi dictum. Hæc à Theodorico, vellet urbem suam hoc onere sublevare, supplex petiit. (a) Remisit ꝑ Elector centum marcas argenti annuas, quæ loco Judæorum vectigalis solvebantur, canon autem, quem de ædibus pependant, etiam post hac præstaretur, Judæi nunquam reciperentur. Defuncto hoc anno Hennone ab Allenblumen, qui Vicedominatum ad vitam emerat, is Günthero Bocken sub iisdem legibus concessus est.

Remisit Elector Senatui census, quos ratione Iudæorum solvit.

Ipsa Erfordia paulò post graviori solitudine angebatur: Post mortem Theodorici de Moguntina Sede duo Æmuli Adolphus, ꝑ & Dietherus, (b) ille Nassovius, hic Isenburgicus comites, profanâ solitudine pugnabant, dumque alii hunc, alii illum sequerentur, patuit latus utriusque. Ipsæ urbes Moguntia & Erfordia (c) primum ꝑ Diethero adhæserunt, sed * illa ex improvise oppressa, durû fatû experta est, privilegiis publicè in foro combustis: hæc copias militares Diethero misit, quibus in prælio ad Pfedersheim Adolphi exercitum fudit. At cum sententiâ Pontificis dejectum esse Dietherum audiret, mutatis velis Adolphum secuta est. Fuerat autem ille sub Theodorico Erfurtensiu

XXVI.

*Schisma Moguntinû inter Adolphum & Dietherum. Erfordia cui adhæserit? * MCCCCLXII.*

Pro-

(a) *Acta & instrumenta publica.*

(b) *Serarius in utriusq; vita.*

(c) *MS. Chronicon Petr.*

*Ingens dam-
num ex hoc
Schismate
perpeſſa
Moguntia.*

Proviſor, ut eorum animos noviſſe, fa-
voremque mercari facile potuerit. Cæſar
Adolphū juvit, Frideric⁹ Palatin⁹ tuendum
& ſervandum ſuſcepit Dietherum. Badenſis
& Württembergensis Duces concitati à
Cæſare Palatinum depopulabantur, hiuc
magna bella. Pernicioſum interim Sedi
fuit hoc Schiſma, † quod ei vigintiſſeſſeſ cen-
tenis millibus aureorum conſtitit, datis
paſſim in pretium fidei pignoribus, atque
inde damni incrementum: nam cum ad
proprietatis tutelam nullis viciffim ſatisda-
tionibus debitores armati ſint, neque rei,
ut creditores incumbant, facile rapiunt
ii, quibus jura privatis data, potentiori-
bus ſufficere prætextus videntur. Inter a-
lia Adolphus arcem Böckelnheim, cum
oppidis Sobernheim, Monzingen, ac
reliquo districtu Ludovico Bipontino,
ſervatâ redimendi facultate, pro quadra-
ginta mille aureis in idem periculum tra-
didit, difficulter recuperandam, niſi Emi-
nentiffimi Electoris, Lotharii Friderici
heroica virtus, poſt duo ſæcula violentiæ
prævalebit. Stradam montanam Diethe-
rus Friderico Electori Palatino, pro cen-
tum millibus aureis oppignoraverat, quæ
& ipſa modo poſt ſeſqui ſæculum, quaſi
poſtliminio rediit. Intenti motibus his
Saxones Erfurtenſibus ſuſpecti, quibus il-
lud prætereà curæ fuit, ne Corivalium
alter extremo deſperationis auſu civitatem
Saxonibus venderet, maturè igitur huic
li-

licentiæ repagulum quæſiverunt. Periculum † ad Pontificem Pium II. defertur, (a) is Diethero infensus, ergo ab eo favor causæ petendus erat: à multisjam sæculis Urbem hanc Moguntinæ Sedis filiam, & S. Martino subditam fuisse, nunc verò Sedem Corivalium cupidine profanari, omnia periculis horrere: illud præcipuè timendum, ne Dietherus Adolpho impar, desperato consilio Urbem vicinis aut oppignoret aut vendat, id quod sine irreparabili Sedis & Urbis detrimento fieri non possit. Rogare se Pontificem, cum ligandi vim à Numine habeat, Urbem Sedi indissolubiliter neceret. * Annuit Papa † Civitatis precibus, & postquam multa in Civium laudem rescripsisset, tandem in gratiam Sedis, Civitatis, & incolarum, æterno vinculo matri filiam ligat. * Adolphus † ut tractam in partes suas Erfordiam vinceret, libertates integras, & illibatas fore promittit, pacto de non petendo sequelam, sub ullius etiam privilegii prætextu adjecto. Sed nec Cathedralis Capituli nomen, nec auctoritatem habuit ista liberatio, ideoque successores pactum fuisse personale extinctum cum persona dixere.

Sæva † lues ingentem humano generi stragem intulit, Erfordiam solum viginti hominum millia pestis absumpsit. Tristis desolatio, sed quam brevis luctus sequere.

(a) Documenta Archivi publica.

Civitas Pontifici pro indivisibili nexu cum Moguntia supplicat.

* MCCCCLXII.

Obrinet.

* MCCCCLXIII.

Adolphus privilegia Erfordie confirmat.

XXVII.

Pestis.